



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=tias
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||
quatuor.||**

Durandus <de Sancto Porciano>

Antverpiæ, 1567

Quæstio secunda. Vtrum peccatum primi angeli fuerit aliis causa vel
occasio peccandi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72607)

Lib. II. Distinctio. V.

sanc*t*i viri vincunt d*æ*monum tentationes, sic eorum potestas minuitur, ut statim illum a quo deuictus est non possit vterius de eodem peccato tentare, in istis breuiter terminatur, &c.

QVÆSTIO PRIMA.

Vtrum primus angelus inter peccantes fuerit de supremo ordine.

Tho. I. q. 63. ar. 7.

Circa distinctionem istam queruntur quatuor. Primum est de quo ordine fuerit primus angelus inter peccantes. Secundum est vtrum peccatum eius fuerit alius occasio peccandi. Tertium est vtrum inter demones sit ordo prælationis. Quartum est vtrum demon tentas hominem de aliquo peccato, & vicitus ab eo posse iterum aliquem tentare. Ad primum sic proceditur, & videtur quod primum inter peccantes non fuerit de supremo ordine, quia infra dist. 8. dicit Aug. quod dæmons cum suo principe nunc demone tunc archangelo, &c. ergo primus inter peccantes fuit archangelus. Sed ordo archangelorum non est supremus, sicut &c.

Item secundum Gregorii de primo angelo peccante intelligitur illud Ezecl. 28. tu Cherub extensus & protensus, fuit ergo de ordine cherubin, sed ille ordo non est supremus sed seraphin, quare &c.

IN CONTRARIUM est, quod dicitur Iob 40. Iste est principium viarum Dei, ergo fuit omnium creaturarum primus.

RES PONSI. Cum haec quæstio sit de facto, & scriptura nihil dicat de hoc quin satis possit exponi ab eo qui tenere vellet contrarium, ideo non plenè per certitudinem potest determinari quid tenendum sit, illud enim quod scriptura dicit Ezecl. 14. de Lucifero intelligitur ad litteram de rege Babylonis, & illud quod dicitur Ezecl. 28. Tu cherub, &c. intelligitur de rege Tyri. De primo autem angelio qui peccauit, non intelligitur nisi per quandam allegorianam. Ex qua nunquam potest esse efficax argumentum propter quod Aug. mouens quæstionem illam, II. super Gene. non solvit eam, quia parum intromittit se de angelis vbi aliqua certitudo non potest haberi.

Allii autem doctores variantur in quæstione ista. Damascenius enim lib. 2. ca. 3. in prime, dicit eum fuisse ex his angelicis virtutibus quae præstant terrestri ordinis, & cui terra commissa erat. & hoc probabiliter, quia sicut se habet peccatum ad angelum, si mori in peccato ad hominem, quare quod est hominibus mors, hoc est angelis casus secundum Damascenium. Sed Deus primum hominem peccantem non dimisit in peccato mortis, nec decuit, ut videtur, quod prima eius creatura in humana specie deciceret a fine, ad quem diuinatus ordinata erat, ergo non decuit Deum primum & supremum in natura angelica dimittere peccare, & sic a fine suo deficeret.

Huic opinioni concordat opinio Platonicorum, quæ recitat Aug. 8. & 11. de ciui. Dei, diebant enim quod omnes Dii erant boni: Sed dæmonum quidam boni, quidam mali, deos nominates substantias intellectuales, que sunt a globo lunari & supra, dæmons vero illas que sunt a globo lunari & infra. Cum enim, ut ait Aug. 3. de tri. tota natura corporalis administraretur per spiritualem, non est erroneum credere suprum angelos foli diuinæ contentem plationi vacare, medios vero administrare corpora celestia. Infimos vero administrare corpora infima: Et ex his solum aliquos peccasse, aliquos non, sicut dicit Damascenus, Greg. vero ponit quod primum angelus qui peccauit, fuit supremus simpliciter de supremo ordine supremus Hierarchus. Vnde, 32. moralium & in homini. de centum oibus dicit, quod de ceteris agminibus angelorum prælatus, eorum claritate trascendit, de eorum operatione clarior fuit. Est etiam ad hoc probabilis ratio, quia motuum angelii ad peccandum videtur fuisse consideratio propriae excellentie: Sed illud maxime locum habuit, vel habere potuit in supremo angelio, quare &c.

Ista sententia tenetur communis, cui non obviat ratio inducta pro prima opinione, quia primum homo fuit a Deo immediatè creatus, non autem eius posteritas, propter quod non decuit primum hominem priuari beatitudine, sicut aliquis de posteritate, sed omnes angelii fuerunt immediate a Deo creati. Et ideo non est maius inconveniens.

Quæstio I.

144

nens supremum angelum peccasse & defecisse a beatus dñe, quam quemcumq; alium.

AD PRIMUM argumentum dicendum quod archangelus ibi non nominat ordinem, sed principatum: Et quia ille qui peccauit secundum gradum necessariè fuit excellenter omnibus, ideo archangelus dicitur quasi princeps omnium angelorum.

Ad secundum dicendum quod cherubin interpretatur plenitudo scientie, seraphin autem ardentes, sive incendentes. Et quia scientia quæ inflat, potuit esse occasio ruinae, non autem charitas, quæ edificat, ideo non vocatur seraphin, sed cherubin, quanquam ex ordine seraphini fuerit.

QVÆSTIO SECUNDAM.

Vtrum peccatum primi angelii fuit aliis causa vel occasio peccandi.

Tho. I. q. 63. ar. 8.

Secundum vero queritur vtrum peccatum primi angelii fuit aliis causa vel occasio peccandi. Et videtur quod non, quia sicut mali per auersionem cederunt, ita boni per conuersiōnem confirmati sunt. Sed in bonis angelis non ponitur unus causa vel occasio fuisse conuersiōnis alterius, ergo nec in malis debet ponи vnu sūfīca causa vel occasio auersionis alterius.

Item causa prior est causatio: sed omnes mali angelii simul peccaverunt (vt dicit Damascenus) ergo unus non fuit causa vel occasio peccandi aliis.

CONTRA. Apoc. 12. dicitur quod draco traxit secum tertiam partem stellarum, sed non dicitur traxisse de loco ad locum, sed de statu ad statum (scilicet de gratia ad culpam) ergo &c.

RES PONSI. Cum haec quæstio sit de facto, sicut & præcedens: Cum etiam scriptura nihil dicat de hoc, quin satis expōnit ab eo qui vellet tenere oppositum. Idem non potest plenè per certitudinem determinari quid tenendum sit. Communiter tamen dicitur quod inter peccatum primi angelii & aliorum, non fuit solum ordinatio secundum quantitatē culpe (vt quidam voluerunt) sed etiam in causalitate, ira scilicet quod peccatum primi angelii fuit aliorum causa exemplaris non præcedens tempore, sed natura. Quod enim tempore non præcesserit patet, quia nullus asperciens ad malum operatur. Sed peccatum primi angelii mox vel fuit consummatum apparuit in malum, ergo non potuit esse motiuum appetitus aliorum. Minor patet, quia secundum Damascenum. quod est hominibus mors, hoc est angelis casus: & ideo sicut homo in morte recipit pro peccato condemnationem, sic recipit angelus statim post peccatum (propter quod apparuit) statim malum.

Quod vero natura præcesserit patet sic, quia plures operationes instantaneæ possunt simul esse in tempore, licet una præcedat aliam causalitate, sicut dum est ignis visceratur, & videtur complacere: Sed electio & cognitio angelii sunt operationes instantaneæ, ergo dum elegit illicite primus angelus potuit hoc simul inferior angelus cognoscere & electioni eius, vel simili consentire, & sic peccare ad eius exemplaritatem.

AD PRIMUM argumentum dicendum quod sicut peccatum primi angelii fuit occasio peccati aliorum, Sic conuersio primi angelii inter bonos potuit, & forte fuit occasio conuersiōnis aliorum. Similis est ratio in his & in illis. Et simil modo loquitur de eis scriptura. Sicut enim de malis dicitur Mat. 25. Ita maledicti in ignem eternum, qui paratus est diabolo & angelis eius: Sic de bonis dicitur Apoc. 12. Michael & angelii eius.

Ad secundum dicendum quod causa non semper precedit effectum tempore, sed sufficit quod precedit natura, quod & fuit in peccato angelorum.

QVÆSTIO TERTIA.

Vtrum in dæmonibus sit ordo prælationis.

Tho. I. q. 109. ar. 1.

Tertio queritur vtrum in dæmonibus sit ordo prælationis. Et videtur quod non, quia in bonis angelis, nihil est inordinatum, ergo in malis nihil est ordinatum.

Item